



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Insomiae, siue Noctes  
Ivniae Entheae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1436**

XXVI. Christiani Reusneri, Christophori F. nepotis sui Epitaphium.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb00027821-6**

N. REVSNERI

XXIII.

Ad Paulum Fabricium  
Med. & Mathem. Cæs.

Tu ne cede malis: sed contrâ audentior ito:

Aeger ego mihi sic occino, PAUL E, dñs

Crescit vis morbi, quantum fidentia mentis

Crescit: cor vegetum num minus ipse geram;

Ab sit, ut hoc faciam. patientia namque dolori

Optima sic cuius fit medicina malo.

XXV.

Ad Christophorum Reu-  
nerum Fr.

Quod prauis benè sit, bonisque prauè:

Frustra ringeris, eiulasque frustra,

Mundi sunt socia haud, Deique regna:

Hic bonis bene fit, male sed illuc.

Felix, cui male forsan hoc sub æno est:

Aeno quo bene mox sit in futuro.

XXVI.

Christiani Reusneri, Ch-  
ristophori F. nepotis sui Epitaphium.

Dum Christianè, mi Nepos, te viuere

Opto: mori quo Christianè tu possis semel:

Sic CHRISTIANI nomen impono tibi.

IN S O M N I A E.

Ospes inanes: sed spe plena optima:  
Quod Christiane mortuus mundo semel:  
Iam Christiane cum Christo viuis diu:  
Aevo beatus sempiterno perfruens.

XXVII.

Ad Ioan. Fichardum Iurisc.

Vita quid est? nisi mors. nam dignos morte, FI-  
(C H A R D E,

Vita facit. mors, est vita vocanda magis.  
Mors hominem mortis pariter, morbique periclia  
Subtrahit: et vitæ certa fit arra nouæ.

XXVIII.

Ad Somnum.

Somne quies rerum: nos assuetudine mortem  
Spernere, quum sis tu mortis imago, doces.

XXIX.

Ad Iacobum Maripetrum

Patr. Venetum.

Aut mors, aut mihi vita sit quieta:  
Sic vulgus loquitur: sed illa vox est  
Celebrator: Aut honesta vita,  
Aut mors forsan honesta sit, I A C O B E:  
Plus hæc omnibus expetenda vitis.  
Namque haud turpe mori: sed illa demum

B      Mors